



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

LXX. An omnes iusti sint inter se pares?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

11. §. 3. *Proiustis in Christo censemur, qui in nobis non sumus.*

4. Non staret, quod obedientia Christi nos constituit iustos, nisi in ipso, & extra nos iusti reputamur coram Deo.

11. Hoc modo iustus est; non re ipsa, sed imputatio. In Antid. less. 6. c. 5. Confugiamus ad solum Christum, ut in ipso iusti censemur, quod in nobis non sumus.

SVASIONES eorum sparsim suprà videre
est. quest. 60. 61. 62. 63. 64. 65.

AUTOR. Iustificamur per inhærentem iustitiam habitualem; sicut Christus in se iustus est.

i. Scil. ut membrana sint conformia
Capiti, Sponsa Sponso: iuxta Ro. 8.
Prædestinauit nos conformatos fieri imaginis
Filiis; ut si ipse primogenitus in multis
fratribus.

2. Quia Christi sanguine verè la-
uamur, & consanamur; item Sancti-
tas, ex Christi merito, per Spir. San-
ctum nobis infunditur: sic tota fit iu-
stificatio per & Remissionem pecca-
torum, & Renouationem Spiritus in-
teriorum.

3. Ps. 50. *Affer ges me, & mundabor, &c.*
in meipso, non solum in Christo im-
putatiue. Ideo orat: *Cor mundum crea-*
in me Deus & sp. rectum innouain visce-
ribus meis. Vnde 1. Cor. 6. Et hec quidem
fusisti sed abluti es sis. Sanctificati es sis, iu-
sificati es sis. Nam Eph. 1. Elegit nos, ut
effemus sancti, & immaculati in Conspicatu-
rio.

4. Quia Calvinistæ in doctrina tua,
Matt. 23. Sunt similes sepulcris dealbatis;
quintus plena sunt osibus mortuorum, &
omnis puritia. Similes Virginibus fa-
tuis, Mat. 25. non habentibus ole-
um iustitiae in lampadibus suis. Simi-

les Lupis rapacibus intus, Mat. 7, foris
in vestimentis ouium.

INSTANT. Eph. i. *Gratificauit nos in dilectione*
Filio suo: ergo iusti sumus in Christo, non in
nobis.

DICO. Ἐξαγέτωσεν id est, S. Chrysostomo, fecit nos gratiosos, sc. infundendo gratiam: in dilecto filio suo, id est, propter merita Christi.

QVÆSTIO LXX.

*An omnes iusti sint inter se
pares?*

LVTHER ANI affirmant esse pares; & negant iustos crescere in iustitia: at in virtutibus tamen posse iustos crescere, aliosque alii maiores esse, ut in fide, spe, caritate, &c. hoc autem non esse crescere in iustitia; quod virtutes non iustificant; sed sola imputatio iustitiae Christi, quae aequalis est in omnibus, constansque.

Iovinianus et affirmabat olim ex eo, quod virtutes, virtusque omnium essent paria. Vide *Gesta Regum* p. 127.

AUTOR. Errant noni Iouipiani.

I. Quia, Prou. 4. Iustorum semita aqua-
silux splendens procedit & crescit usque ad
perfectum diem. Sic 2. Cor. 9. Augebit
incrementa frugum iustitia vestra. Et A-
poc. vlt. Qui iustus est iustificetur adhuc, &
qui sanctus est, sanctificetur adhuc: & qui
sordidus est sordescat adhuc.

2. Scripturæ docent caritatem augeri. Joan. vlt. *Diligis me plus his?* Luc. 7. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit mulum. *Cui minus dimittitur, minus diligit.* 1. Joan. 4. Perfecta caritas foras mittit timorem. Atqui iustitia nil est, nisi caritas 1. Joan. 3. *In hoc manifesti sunt filii Dei, & filii diaboli: Omnis, qui non est in Ihsu, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem. &c.* Is manet in morte. Et Mat. 5. Scutarium erat diligere amicos, non

Q 3

inimi-

inimicos: at *Nisi abundauerit iustitia ve-
stra plusquam Pharisaeorum.* &c. ergo iu-
stitia est charitas, & contra.

3. In cœlis est varietas præmiorum,
iustis paratorum; ergo & in terris est
varietas meritorum.

4. Ita S. Aug. epist. 29. *Induti sunt
Saneti iustitiæ; sed alius magis, alius mi-
nus.*

III. DE IVSTITIA OPERVM.

QVÆSTIO LXXI.

*An Lutherocalvinisti negent bono-
rum operum neceſſi-
tatem?*

I. LUTHERANI clamant iniuriam fieri sibi, quod
eam negent. Ut Confessio. Aug. art. 20. Melanch.
Brent. Kemn. Calvinus *Inst. 3. c. 16.*

1. Lutherus in *Vist. Saxonica* ait, bona opera fa-
cienda, & quodam esse modo necessaria; cum ve-
ra fides non sit, que non parat ipsa.

2. Majoristæ seu Electorales in *Colloq. Altebur.*
distingunt esse necessaria *necessitate Præsentia; nō
Efficiens.*

3. FLACCIANI, siue Saxonici admittunt necessi-
tatem *Præsentia;* pertendunt tamen hanc propo-
sitionem: *Opera sunt necessaria ad salutem; esse per-
iculosa, nec ferendam in Ecclesia.* Sic variant in
modo necessitatibus: At ipsam necessitatem absolute
negant. Et tamen fieri a nobis sibi iniuriam con-
queruntur.

A V T O R. LUTHERANI igitur ac
CALVINIANI iuxta volunt, Posse ho-
minem saluari, licet opera bona nulla
faciat; nec mandata Dei seruet.

I. Quia suadent, opera mala cre-
denti nocere nihil. Sic Lutherus lib.
de libert. Christiana: *Bona opera non fa-
ciunt bonum virum, nec malum malum.* &c.
Vt infideli nullū bonū opus prodest ad salutē.

& iustitiam; sic nullum malum opus facit
malum & damnatum, sed sola incredulitas.
Idem in sermo. Sic Deus dilexit. &c.
Vbi fides est, nullum peccatum nocere patet.
&c. Vide Bell. I. 4. c. 1. plura. Ergo ini-
uste queruntur de iniuria sibi facta à
nobis.

II. Quia docent: Opera iustorum

omnia ex natura sua esse peccata mor-
talia. *Lutherus in assert. art. 31. 32. 36. Cal-
vinus Inst. 3. c. 12. §. 4. & c. 14. §. 9.* Iam
bona opera sint lethalia, nec tamē ob
fidem imputantur; certe nec mala im-
putari necesse est neque nocere. Vi-
de *suprà quaest. 2. 4.*

III. Quia docent Legem differe
ab Euangelio, quod Lex proponat iu-
stitiam & salutem cum conditione
totius legis implendæ; *Euangelium ve-
rò sine conditione vlla, nisi solius fi-
dei:* vnde consolatur; at Lex terret. I-
ta Lutherus ad Gal. Melanch. in Lo-
cis, Saxonici in Colloquio Altem-
burg. Ergo qui nil boni operatur, vi-
uit Euangelio consentaneè. Quodsi
Fides opera requirat: ergo fides non
erit secundum Euangelium.

IV. Quia asserunt Libertatem Christia-
nam; quæ liberet hominem ab de-
bito legis implendæ coram Deo; ideo
que omnia opera sint ei indifferentia
id est, nec præcepta, nec prohibita. Id
quod inde necessario inferunt; quod
Legem obseruatu impossibilem fin-
gant. Ita *Lutherus ad Galatas.* &c. Ita
Calvinus Inst. 3. c. 19. §. 2. 4. 7. Vbi is in tri-
bus ponit libertatem Christianam.

1. Quod, vbi fiducia iustificationis
queritur, legis aut operum nulla ratio
habeatur.

2. Opera fiant, vt à Deo acceptan-
da cet-

